**Trascrizione di Riccardo Simonini**

**del "FORMULARIO DEL CODICE MEDICINAE VARIA"**

**della Metropolitana di Modena**

**Edito da Maria Teresa Camurri**

**Da carta 22 b a carta 24 b secondo la numerazione del libretto contenente i diversi codici**

**carta 22 a (*)**

(*) Alla carta precedente termina la *chronica* di Isidoro

Unguentum ad scabias et ad pruditum (sic) adipes porcinas recentes oboli tres baccas lauri puver oboli II nitro alexandrino oboli sulfor iudaicus dracma.

Haeca omnia miscis simul et uteris in balneum max introirit et dum bene persudaverit detergis cum manibus et postea unguis cum feno greco pulvere cum melle mixto.

Unguentum ad scabias et proditum cera oleo roseo cerusa litargizo lacrimum ovorum hec omnia mixta uteris.

Unguentum ad proditum et ad scabias et ad robias et ad impetigines tyuvapiru iudaico oboli II pice oboli III afro netro alba oboli II cera oboli III colofonia oboli VII oleo rosseo libras II nitri oboli II amoniaco obolos.

Unguentum diacissium pudagricis de magistri mei pilas cypressi XX bagas lauri C herba savina libra I rosmarinum libra I pini teneris cortices libra I cessiu oboli I feno greco scrupolus I cera libras V oleo savinense libras X aquae scrupuli 11 tereventina libra I.

Unguentum ad caput capillos deducendos eleboro albo obolus I afro nitro obolus I sulfor obolus I alcionum1 obolus ( *alciorgum?*) I folia caprofici obolus I zinziber solidos II agarico solidos II, epithium libra mel quod sufficit et perungue ipsum locum.

**carta 22 b**

Unguentum ad proditum, bilineum axungia porcina recentem obolus III nitru obolus II tyuvapiru obolus I bacas lauri libra oleo roseo oboli III.

Unguentum ad impetigines silvatica ganodiosi rumfini quem dedit dominus Constantinus. Recepe haec lapati radices teris cum aceto diligenter et mittis nitrum assum et auri pigmentum et frica sale et colegis cum picuma et factum unguentum et uteris ad causas suprascriptas.

Unguentum ad hoc cipullas coquis in aceto et triblas diligenter et mittis tyuvapiru et axungia porcina sine sale et uteris ante duas horas quam ad balneum vadas.

Pulver ad uvam desiccandum per ore stomachis antera costu stipterias cistis cicidos sandaraca equis ponderibus pulver uteris.

Pulver antera ad uvam desiccandum flos rose cicidos murra ana drachama II croco dr. VI costa dr. II cricis dr. I pulver uteris. Pulver epaticis decatatopos Galieni auctoris camipitheus dr. III elenium dr. III croco dr. III gentiana dr. IIII costo dr. III nardo staceo dr. III piper dr. XIII foliu dr. III eupatirium dr. III

**carta 23 a**

fenu greco dr. VIII absentium dr. IIII lini semen dr. II dabis dose dr. III in vino miraberis.

Pulver ad splenem mirabilem amemamum libra tus libra bdellio libra murra libra pice libra nitru alexandrino libra facies pulver et sucus caulium infundis splenem et super cospargis pulver et cibo ad mensura aluta inponis et super facias usque in triduo.

Pulver ad polippus recepit haec alumen scissum et myrra et sandarace dr. singulas et diligenter tritas per calamum insufflabis per lato vino bono naribus. Pulver ad polippos calcitheum miseos(?) teris flos equali ponderatione confecto et locis adibito per cannollas insufflabis pulippus e naribus sic recidisse probatum est.

Pulver ad dentes nigros et qui se commedunt et ad reumatizantes gingibar vel si infusa sunt aut comexta expedare usto dr. XX livanu arsenu dr. V salis amoniacus dr. V stipterias cistis dr. V pumice dr. V piper albo dr. VII teris cernis et uteris

**carta 23 b**

ynantis confectio boccha obolus 1 starace obolus 1 rosa sicca obolus 1 ynantes obolii II costa obolus 1 opobalsamo libra vinum bonum quod sufficit.

Inpetigines tollendas nucis incensas triblas cum melle addito farina ordei et sulfor iudaicum teris cum acro aceto diutissime et veluti ad mellis pinguidinem veniat et facto unguentum uteris. Inpetigines tollendas caprofici folia dr. XXIIII tyuvapiru dr. XXXII alcionium dr. XX libano ariano dr. XXIIII eleboro albo dr. XXIIII radices asfodilli dr. XXIIII omnia solvis cum aceto usque ad pinguedinem mellis prius de nitro lavas et unguis.

Inpetigines tollendas feda cum aqua terito et cum locum perfricato dum quinquaginta numerare poterit et continuo lavato exulceratam cutem empiastro albo curata observa ne diutius feda esse patiaris et ulcera grandia fiant quia medicamenti huius tanta vis est miraveris effectum.

Ad pilos adulteros evellere pilos de oculos inutile esse nam postea cum renascuntur punctiones maiores faciunt

**carta 24 a**

melius est ergo ut glutinentur ad illos pilos qui secondum naturam nati sunt fit enim de pice et gumma aut hoc modo confectum mastice et cera et libanum et pice in unum masticata collegis in acollima. Ad pilos adulteros pice obolus 1 issulto obolus 1 sulfor vivum oboli II colofonia librae VI. Item aliud colofonia oboli II sulfor cera aspalto anatribolon sulfor tritum super spargis. Item aliud felicteria LVIIII adcant (*calcant ?*) librae IIII myrra librae IIII aloe gumma ana libra I vino quod sufficit.

Collirio ad pilos adulteros castroreo opiu ivsquiami suco ana libra I evellis pilus et inunguis loca.

Item aliud collirium castoreo gum (ma) in fel vitulini sicco a (na?) libra I cum aqua facis colliria et uteris et facis trociscos et cum opus fuerit spatum mell eade(m) facis et tanges medicamen et cum se solvit glutinas. Sed si iam antea evellere consuevit hoc modo facit. Sanguinem caprorum miscis cum mel et evellis cum bursella pilos adulteros et tangis ex hoc medicamento loca ex quibus evulsi sunt pili et non renascuntur.

Item aliud sanguisucas ustas cicinis (sic) earum cum aceto teris et tanges exeo loca ubi pili adulteri sunt ipsi cadent el alii non renascuntur. Aliud ranas virides pungis et sanguinem earum misces cum cytria et evulsi sunt pili tange. Item aliud aranii ova triita superunge et non renascuntur.

Item aliud stypteria rotunda obolus I partis duas ovarum vetella amunum pars una

**carta 24 b**

fel taurinum pars una haec teris cum ana et facis colliria evellis pylos et superinunguis.

Inunctio ani ad deducendam ventositatem cum stercore ruta cum mel cocta trita ut unus sucus fiat et ex hoc interius anum perunguis benefacit melius est operatus si admisceas cyminum et modicum nitrum.

Item aliud ciclaminis sucum in floco lane involutus inicitur aut ciclamini sucus coctus cum mel et balani factas iniccitur ventositates amin exeunt habundanter et relevantur. Antidotum

genufilu qui facit ad vissicce ulcera et renum et lapides frangit: Cassia fistula obolus saxifraga oboli III vitonica cyperum petrosilino costo ligus permulini semen fricu ana oboli II. Foliu spica nardi asaru diptammo bagas laurio cimus semen ana obolus I. gingiber oboli II apii semen obolus I nucli pini oboli VI mel libr. II. Das in balneo aut ante balneo cum vino et mel aut cum crisactico fabe magnitudinem. Item antidotum ad ulcera renum et vissice anodion qui mox de presenti tollit dolorem piper albo librae XX iosquiami semen albi librae XX opiu theben librae X croco librae III piretico libra I euforvio libra I cucumeris domestici semen librae VI apii senm librae VI cicutae semen librae III iapiti semen librae III amigda]as amaras librae III fenuculi semen librae III mel quod sufficit, conficis et cum opus fuerit dabis in calida aqua avel (lane) (mag) nitudinem.

Antidotum filonium anadmon ad colum piretro libra I. euforviu libra I spica nardi libra I piper albo ... (iosqui) ami semen albo librae XX opiu librae X mel quod sufficit hoc probatissimum est.

## II

## Da carta 37 a a carta 72 a

## (Prima parte?) secondo la numerazione delle carte del libro contenente i diversi codici dei quali il I, mutilo, è quello delli aforismi d'Ippocrate.

**carta 37 a**

Antidotum qui dicitur maurentius faciens ad stomachi dolorem ex quo duritiae nascuntur cocliare id dabis cum calida conpescit dolorem autem sepius accepta solvit etiam durititias ex cotos (?) in capitis et gravidinem relevat faucium indignationem similiter conpescit et cionidos reuma et suspirium conpescit et vocem denuo restituet et conpunctionem sanat et tussem et epatis duritiam solvit et splenis indignatio digerit. Similiter autem et conpunctionem et tortiones intestinorum et quod pleureticis dicitur statim accepta sanat dysintericis autem in solio caldari mixta uno accepta convenit. Si autem febricitaverit cum aqua calida hii autem in qui longo tempore egrotant vel qui cottidianis patiuntur vel biduanas vel tertianas datam convenit.

Sed et mulieribus qui non purgantur commovit et mortum sanguinem avortivum vera perversum sine aliquo periculo producit. Sed et postaborsum data purgat et statim conpescit dolorem simul eliam inflationem et dolorem stomachi et ventositatem vel suffogationem quod et mulieribus et viri fieri solet statim data omnia autem de stomachi infirmitate nascuntur data ergo cum calida ut diximus ut diximus universa sanat sed et eos qui escam non retinent et acidum vel fumigosum ruptant per digestionem sanat nec non etiam infirmitatem cura, quod iera dicitur. Recipe hec piper albo obolus I zinzibcr obolus I petrosilino oboli II ameus scrip. VI careo scrip. XVIII liviotici semen ser. XVIII hec omnia tundis et cernis et mellis attici pondera IIII miscis et teris diligenter in mortario bene per dies V ad solem et colegis in vaso stagneo sive vitreo.

**carta 37 b**

Arteriaca ad aspridinem vocis et raucidinen et artarias reumatizantes et ad vocem incisa recepit autem. croco dr. I mastice dr. I aloe epatite dr. II smyrnis dr. I dragacantis dr. I sucus de glizeriza dr. I mel quod sufficit quod diligenter trita ut bene sit collectum in vaso vitreo reponis et dum necessarium fuerit gallorum cantum cocliarii pleni accipiat et dormiat mirabilis effectu.

Arteriaca ad artarias grassiora et difficultalem vocis recipit hec myrra oboli II croco oboli II calcanti oboli II amoniaco II mel quod sufficit omnia levigata atque mixta recondis et uteris, Arteriaca ad tussem humidam cuius confectio hec est. croci scrip (*così nel c. per scrupolos*) VI glizerize scrip. XVIII dragacantis scrip II piper scrip IIII spica indica scrip. II colliculi sucus collegis et facis colliria in modu fabae egiptiae et in sol siccabis. Arteriaca ad tussem yris illirica decoquis in aqua dulce usque ad tertiam partem et ipsa decoctione ad modum unius calicis minoris addis melli dispumati quod sufficit, et ieiunis potui dabis. Cataputias ad tussem et ad dipnoycos recipit hec opio galbana storace isaurica ana singulos libra opium conteris et cum

**carta 38 a**

dabis patientibus post cenam transglutienda terna et quiescit tussicula. Cataputias ad tussem expertas confectio eius hec est castoreum sol. I et semis iosquiami sol. I et semis storace ysaurica myrra troclite ana sol. I et semis collegis et melli grato et facis cataputias in modum heriu (*cuclearium?*) et uteris. Cataputias ad tussem quas uti oportit ubi subtile et acer humor de capite fluit hororum non habet superfluam plenitu dinem recipe hec storace mirra opio equali pondere cum melle dispumatum facis cataputias horobi magnitudinem dabis in nocte II aut III aut I secundum virtutem semper ad tendis valde enim bonum est mediocriter datus multum enim iubat et antequam tusse ex tenue reuma facta sanat.

Cataputias ad tusse ubi non satis tenues decurrit humor et desuper fluitate humorum circum temere videtur Chorax recipit hec opio mirra galbana equali pondere cum melle miscis et facis cataputias et uteris.

Fanascica ad raucidinem vocis vel tussim caseu scrupoli II mel scripolus I tamdiu coquis cum paret ut grassitudinem mellis teneat addis ei resina tereventina in modum duarum avellanarum coquitur

**carta 38 b**

modice cumpare el deponis de foco cum refrigeraverit mittis in vaso vitreo et exinde accipiat mane conclum (*cuclearium?*) II et devorat statim sanantur.

Fanascica ad reuma et ad vocis raucidinem ex artarie et ad tussem et ad scissam vocem dracaganti dr. VI gumma agantinus dr X mirra troclite dr. I tus masculi dr. I piper albi grana XX uva passa purgata interioribus granis dr. VI passum quod sufficit trita collecta et exinde in modum magnitudinem fabe sub lingua mittis et quo mo mo(*do*) si voluerit glutiat. Fanascica ad vocem declarando surforis et ordeum dequoquis fortiter in aqua et exinde colabis cum linteolo et ex eo gargarizabis et mox declarabitur. Fanascica ad vocem clarificandum ova cruda III diuturna per intervalla ieiunis auriad. Fanascica ad raucidinem expellendam mulsa frigida ieiunus adsidue gargarizet et bibes et voces curabis et deinde media mina qui facit at quidquid in atra labia croci dr. II spica dr. I cassia fistola dr. I castore dr. IIII meu dr. I flores rose vel folia dr. I mel quantum sufficit. Fanascica ad idem quod supra aleum adsidue devorent raucidinem enim dant

**carta 39 a**

Fanascica ad idem quod supra piper in ore diutissime teneat salibam quae frequenter absorbeat.

Potio ad sanguinem movendo aristologia longa obolus I croco obolus I mirra obolus I piper obolus I castoreo obolus I ruta sicca obolus I hec omni insimul trita exinde cum vino dabis dr. I post balneo. Pessariae ad menstruam provocandam myrra dr. XLI samsucu dr. V tus dr. III cimino dr. III piperis albi grana XXV mellis quod sufficit.

Pessariae quod facit ad matricis vitia et ad vulnera eius omnia rosae flos oboli III rose sucus oboli II turis oboli II amilu obolus I mannis obolus I opiu obolus I cera pontica obulus I teatus cervino obolus I oleo roseo obolus I licio indico oboli III croco obolus I conficis et uteris. Passariae ad dolorem matricis croco dr. III opiu dr. III ovorum cocta vetella III hec omnia simul teris cum modice sapa super mittis cera pontica obolus I semis adipe anserino oboli II.

Pessariae ad tuitiore et impetum vulvae cere albae dr. IIII medulla cervina dr. II adipe anserinos recentes aut porcinos dr. II croco dr. V ovi cocti testo conteris bene deagita ipso ovo cocto sic conteritum et oleo roseo aut susinum deinde coquis et comisce pariter omnia et uteris.

Pessariae quod ad omnes causas specialiter facit ad

**carta 39 b**

dolores ad tumores ad vulnera ad in pneomatus in ad duritias et si qua alia perveniunt vulneret sive expartu sive exarsa cera pomica obolus I cervina oboli II medulla vitulina oboli II adipem pullinum

obolus I mastice uncia ysopo larin dracma croco dr. VIII adipe anserino obolus I mellis attici oboli II olei optimi rosei obolus I semis croco et mastice teris in lacte muliebri semel supradictos reliquas supradictas igne lento resolvis et colas admiserum etiam et oleo liliatici dracma.

Pessariae ad sanguinem movendum sive menstrua provocanda absentu dr. III ireus dr. III galbano dr. III castoreo dr. III myrra dr. III nitro dr. III siue minui olei dr. III hec omnia cum melle comixta post balneum ad noctem uti debent. Pessariae ad sanguinem constringendum manna turis dr. I galla dr. I aloen dr. I lambrusca sucus dr. I hec omnia trita et cum vino austero collectum adponis.

Pessariae ad dolores vissice croco obolus adipes anserinus obolus I adipes pullorum obolus I oleo roseo oboli III croco teris cum vino modice ova et sic alia resoluta in tepidis carbonibus comiscis et uteris.

Pessariae ad difficultatem urinae tereventina scrupulus I butyro obolus I simul trita matrici adponis.

Pessariae ad infrigdationes et duritias matricis et ad dolores et ad

**carta 40 a**

omnium ulnera optime facit etiam et ad hoc ipsum pessarium resolutum cum oleo suffusio facta ad dolores et si qua aliqua sunt in matrice vulnera pice obolus I cera oboli III axungia ysopo lares oboli II resina pituina oboli V hec simul resoluta comixta uteris ad susum causas.

Pessariae qui vocatur aureus croco dr. IIII ysopo cerati dr. IIII medulla cervina obolus I cera pomica obolus I ova assa mediolus X oleo trino et roseo equale pomis et sic ages ad inflamatione matricis quando debes ponere et oleo nardo comiscis ibi. Pessariae qui facit ad inflamationes solvendas et duritias croco dr. IIII medulla cervina obolus I sevo taurino obolus bulbo albo obolus I sevo porcino dr. VI sevo gallinacio oboli II butiro obolus I colofonia obolus I cera alba oboli III semis ysopo cerotis obolus I tereventina obolus I yosopo croco et bulbus et medulla cervina in mortario fortiter comiscis et uteris.

Pessariae ad matrices mulieris se tenuerit cum dolore sive renis sive .... sive super pectine sive coxas sive ventrem sive sedere non potuerit sive ne lavare potuerit aut dormire non potuerit et periclitata fuerit apii semen et adipe anserinu scrupulus I teris ut pessurium sit et sic adponis verendis in usa et sana fit.

**carta. 40 b**

Potio efficax valde ad matricis vulvee (sic) omnia vitia mulieris emendat omnes dolores et impetus et suppresionis vulvae et visicce omnium locorum muliebrium purgat vel emendat et omnes tumores vulvae castoreo mundo dr. I opiu dr. IIII ysopo scrupulus teres in mortariolo medicinale ut omnia linefiant deinde adicies meL quod sufficit et iterum teris donec ad mellis grassitudinem sit reponis in buxide et cum uti volueris sumis pilulam quasi fabe maioris magnitudinem dabis cum vino dulce emina una ad dormitionem hoc maxime prodest quod si facis somnum gravissime non timere tamdiu dormit donec eadem ora perveniat quem medicamen acceperit et sic ad omnem dolorem liberatur. Trociscus amazonus ad multas et probatas quibus dolores in st6macho vehementer sunt mitigat enim potatus enim lobamina prestat confectio (*conficis?*) autem sic apii semen uncie VI anisu uncie VI absentio uncie IIII smyrnis uncie II piper unc. II cinnamono unc. VI opio unc. II castore unc. II teris cum aqua et facis trociscos et dabis integram dosis unc. I stomaticis cum sapa ciatos III et disintericis cum apo unc. I mamyrtae spleneticis cum oxi meIli sed ad alias multas facit iste trociscus et maxime qui vomunt

**carla 41 a**

et mordicationem aut pessimi humoribus patiuntur de stomacho et ventris passionibus dieta sufficiat hunc igitur medicamen semper usus fui et iubatus sum.

Trociscus ad febres extinguendas spicanardi unc. IIII croco un. VI sempervivi caliculos II

coralliu unc. IIII facis et uteris ad febres extinguendas. Trociscus panxspr ... ad universas passiones idest qui insomnietate patiuntur integerimum somnum de presenti facit dabis in aqua calida adversus potionem abstinere eum facis ad faucium tum orem (sic) ad cardiacos colicis epaticis splenectis simili modo in calda aqua dabis mulieribus qui insomnietate et fantasia patiuntur facit mirifice in ipsis accessionibus. Datur ad eas mulieres qui iactum frequenter faciunt in molsa dabis in modum potionis vini ad continendum pecus et ad tipicas passiones ante accessionem dabis cottidianariis quartanariis ante duabus horis accessionis dabis in prima potione incidit frigus. In secunda potione in calda aqua incidit febrem tertia potione cum acceperit tamdiu sudat quamdiu incidat omnes typpum. Facit ad percussos serpentis ad morsus canis

**carta 41 b**

rabiosi dabis in vino calentem temperato ista omnia adprobatissima sunt facit et ad reumatismum stomachi et ad reumam pulmonum ad pectoris dolorem et ad tussem qui excreant de pulmonibus sanguinem si sine febre sunt in vino calido si febriunt in calda aqua ad ulcerationis vissicae ad stranguirias curat etiam et tumorem quod est per omne corpus et ad artriticis pudagricis facit in vino temperato dabis. Confectio eius hec est pa(pa)ver albo oboli IIII opiu theben oboli IIII iusquiami semen oboli II glizeriza oboli I radices corticis obolus I yppoquistide sucus oboli III has omnes species tundis et cribellas et facis trociscos adversus ponderibus fabae (sanat et sciaticos) (*Le parole tra parentesi sono nel testo punteggiate in alto, che vuol dire cancellate*) cappadotie et dabis in temperata ........................................................

Trociscos prodagricis pudagra sanat et universalis sciaticis artriticis omnes dolores ita ut anno vertente bibatur et tantam sensibilitatem reddat purgat mitius per urinam et tantum corpus saniorem preparat sanat et epilempitia et sciros epatis et splenis camedreos oboli VIIII centauria tenue in corpo oboli VIIII aristologia longa de montibus collecta oboli VIII gentiana non pertusa oboli VI ypericu oboli V petrosilino

**carta 42 a**

Scrupuli III reubarbaro obolus I agarico obolus I in alio agarico scrupuli II mel scrupulus I singillatim tundis et cernis et admiscis cum mel et tundis bene et facis trociscos ana dr. I usus autem et bibatur sine digestus et bibat ora tertia postquam ventrem fuerit solutum aqua calida cyatos Il et cum acceperit deambulet vel exercitetur. Si autem inquoare vult potionem non in estatmm incipiat sed in alio aliquo tempore intervallo ad balneum aut cibum acciperint tres hore sint in digestionem autem habent potionem donec impleat totius anni dies numerus. Si autem dieta bona suci digestibilis non super mensura accepti ut indigestus videatur brassica enim commedere artriticis suadeo habet autem aliquid contrarium vinum vero mediocriter temperatum cum cibum.

Trociscos ad tussem et ad agras et tenues reumatismos que est fortissimus et multis utilis in quo multos scio ab una potione sanatus quamvis satis multum tempore reumatizet et non oportit hoc adiutorium alicui tradere nisi ad eum quem diligis et qui a te arte discere volunt ad multas facies

**carta 42 b**

myrra troclite dr. VI libano dr. semis opio dr. IIII iusquiami dr. IIII cynoglossae herbae de radicibus corticis dr. IIII igitur siccas ad solem tundis et cernis et miscis ista cum cetera opium autem in aqua infundis et facis trociscos pensantes dr. I et dabis secundum virtutem facit et ad emoptoycos et dentes reumatizantes et stranguiria patientibus et vissicca dolentibus et ad omnes reumaticas passiones colicis et spleneticis.

Trociscus ad capitis dolorem et ad oculorum inlinis tempora et oculos iubat et caput libanum yreos ameos ana dr. IIII smyrnis dr. I ovorum albumen II simul teris facis trociscos et cum opus fuerit cum aqua resolvis et linis mirabiliter iubat.

Trociscus ad capitis dolorem diverso mulieris frontem amputat dolorem utrique et si febrianTe et frenesis patiantur mirabiliter iubat lauri bacas recentes dr. VI yreos dr. II opopanacus dr. I semis cum aceto facis trociscos cum aceto et oleo roseo inducit mirum iubamentum.

Trociscus qui dolorem capitis amputat et mitigat et recorporare possunt qui recepit opupeaucidanu dr. XVI opos michoni dr. II aniso dr. II iusquiamu dr. II croco

**carla 43 a**

myrra ana dr. II scamonia dr. I acetum quod sufficit facis trociscos et in nimis dolorem perunguis caput his ergo hec uti oportet quibus expingue et spissos humores aut spissas ventositates humores generantur.

Trociscos diacorallium agacia cirra unc. III ypoquistidos unc. II plantaginis semen unc. VI balausti unc. IIII gumma unc. V libano unc. V amilo unc. V rose folia unc. n rosae semen unc. I opio unc. II eorallio unc. II psillius apotima obolus facis trociscos ana unc. I et dabis unum in die sexto cum apozima pentafilon. Trociscos diafissalidos facit ad renum et vissice passionem quibus pus cum urina redditur aut sanguis aut mucci simile seu sablone cum urina iactant ex multum calore qui autem in vissica aut in veretro ulcera aut vulnus habent en inciso veretro idest virga cum lacte asinina aut muliebre aut cum sapa. Recepis hec cucumeris domestici semen unc. XII fenuculi semen unc. III lapatii semen unc. VI nucli pineos perfrimenos idest frictos unc. III groco unc. VI opio unc. IIII fisalidon quem latini vissicaginem vocant unc. XXV comu semen idest cicutae

**carta 43 b**

unc. IIII cum sapa facis trociscos dragmeose dabis cum vino dulce si febriunt in aqua calida dabis.

Unguentum dialteae calasticum recepit hec evisci radices libr. I semis feno greco emina lini semen emina hec omnia infundis per triduo in aqua scrupoli VIIII in vaso aeneo et posthaec tamdiu coquis donec pene siccetur deinde colas fortiter et pensas de sucos ipsos libr. II olei libr. II mittis in cacabo et coquis ad igne lentos et semper agitas donec sumus consummatur et solum oleum remaneat et sic iterum colas ipsum oleum et mittis in cacabo mundo et ponis in foco cui addis cera lib. I colofonia libr. I galbanum optimum oboli IIII conficis et uteris. Facit autem ad multas et non solum pudagricis se et ad duritias viscerum habentibus quartanariis in stomacho positum medetur. Et si quae sunt duritiae solvit ed ad omnes inflationes stomachi ct non solum inflationes curat verum etiam constrictionem ventris quamvis antiquissima sine aliquod labore ista solvit et temperat ut mirum sit ut antiquissimas squibalas resolvit et machronosiam de stoma

**carta 44 a**

eho extutit et fastidium tollit t frigus peractus relaxat cum (*item* o cancellatura) calefecerit frigdorum pudachricis iterum incipit articulos ad usum proprium revocare modum restituere ad plenam sanitatem et confortat loca ut iterum cito non reumatizet modum articoorum reducit.

Sed et in aliis locis nervorum tensuras aut contractiones vel dolores morborum si in balneum aut ad ignem perunguatur frigandum locum sanat.

Unguentum ad scabias et pruritum cera oleo roseo cerosa litargirum lacrimum ovorum haec omnia mixta et uteris.

Unguentum diasteaton adipes anserinos medulla cervina butyru axungia porcina recentes sine sale oleo camemilo equis ponderibus conficis et uteris.

Unguentum marciatum cera oboli II storace alba oboli Il mastice oboli III oleo gramiale optimo oboli VI oleo nardum oboli VI medulla cervina oboli II ysopo ceroto libra oleum dicata quod livani quod si non fuerit succedat balsamum oboli III.

Unguentum pentamyrum quod dedit luandis

**carta 44 b**

pimentarius cera oboli VI mastice oboli II storace alba scrupoli II nardo quod sufficit balsamum obolus semis. Unguentum marciaton mastice oboli III medulla cervina obolus I semis ysopo ceroti obolus I tereventina obolus I storace alba oboli III cera alba oboli II balsamo oleo nardo oboli VI oleum umfacium idest viridem oboli VI. Unguentum pudagricis remedium magnum oleo sycionium

cum ysopo cerotis misubis et unguebis.

Unguentum pentamirum opobalsamo oboli II storace oboli II nardo oboli III cera oboli II mastice oboli II conficis et uteris.

Unguentum de camirilis poni opobalsami oboli IIII storace oboli II euforvio I piper I adarces I comoni II folii obolus I cera oboli IIII nardo staciu obolus I nardo lib. I omnia sicut superius memorabimus conficis.

Unguentum ad renum dolorem experi resina pituina obolus I adipis porci oboli I bytyro obolus I sevo taurino obolus I sevo hircino obolus I galbano oboli duo obolus. Confectio medicaminis quod facit ad omnes dolores et ad omnes tumores nervorum et membrorum omnium vel conlisione sive ferros sive frigores fuerint excitate praecipue autem facit ad faucium tumorem et dolorem que grece dicitur parithimia.

**carta 45 a**

Conficis sic sevu taurinu sed veri pars I sevo berbicino recentis oboli III sevo hircino recente oboli VI axungia recente pars I cera pars I resine pars I seve vel adipe unius cuiusque generis purgatam et tunsam ad suprascriptas. Pondus adpendis et sic in cacabum mittis tunc adicies ceram et resinam cum fuerint simul lento igne liquefactam colabis ea et in vaso quod volueris.

Oxiporium diacidon ad stomachi rigorem vel ad digestionem vel ad omne stomachi vitium sucus cidonie scrupoli II mel scrupoli II aceto scrupolus I zinzibar scrupoli II piper scrupoli II petrosilino scrupolus I quoquis sucum cum mel et aceto quousque ad mel deveniat et sic mittis species tritas *dil et con mon na* (1). Oxiporium diamdon cidonion idest malacydonia trita purgata intus et foris et in partes incisas libr. III piper zinzibar petrosilino macedonico omni scrupoli III singuli melle libr. III aceti agrioris albi libr. I semis coquis citonia cum aceto donec aceto consumentur et mittis in mortario teris bene et si addis mel quoquis lento igne caute ne ardeat et cum repistillaverit competenter admiscis species tunsas et tenuissime cretas et reponis diligenter.

**carta 45 b**

Oxiporium diaspoliten cyminum pulverem infundis in aceto ante triduum et siccatum scrupoli III piper nigrum scrupulus I zinziber scrupulus I petrosilino scrulus I rutae folia I mel quod sufficit.

Discriptio mure collirii alumen scisti quincunce XVIII aloes quincunce XVIII mirre quincunce XVIII croci quincunce VIIII croco quincunce magne quincunce VIIII calcanto quincunce XVIII mali granati .... colicorum semuntia trita diligenter in melli coliges et firmabis. Discriptio rosacei collum rosae scrupuli VIIII catmie lotae scrupuli III erusti quincunce VII croco quincunce XII stibii quincunce VIIII eruginis quincunce VII spicanardi quincunce VII mirrae quincunce VII aprii quincunce XII guminis quincunce III aquam pluvialem ad colirium form.

Collirium quod proteum dicit facere ad oculorum suffusiones et omnem caliginem et albugines detergendas catmiae ustae et lotae scrupuli V psimithii loti scrupuli V adcitis non usti scrupuli V ami pigmenti loti scrupuli II piperis albi scrupuli II sulfor iudaico unc. V costo unc. III aristologia longa unc. III mandragora de radice et quincunce XVIII croco vino infusi et triti scrupuli II mirre troclitis scrupulus I semis gustae comoniaci scrupoli II semis rose sicce scrupuli V omnia hec diligentissime teres et sumam levitatem tunc addis sagapini scrupuli III losaris scrupuli II semis que permixta atque contusa coelesti aqua colligentes atque ita collirium firmabuntur. Ad peduculos negandos hoc medicamine uteris oleo cum pulvere cineris cuius libra de foco sed bene creti pariter miscebis et ita teris

**carta 46 a**

ut sit et ad spissitudinem mellis atque inde cum fuerit caput ungues.

Ad peduculis in omni parte corporis negandos (*necandos ?*) remedium est efficax hoc elleboris at scrupulus I stafidos agria scrupulus I simul trita adiectoque oleo totum corpus

peruntum etiam in tunicis negabuntur.

Psillitrum ut pili non renascantur est enim utilis semper vivi sucum scrupulus I yrici fimum scrupulus comiscis et frigabis mittis in buxi de plumbea et dimittis per dies XX et uteris nota tibi facio nec caput tangat nec barbam.

Ut eunuchus sine ferro facias radices cicutae ex aceto teres et in de testiculos sepissime inlines cum lenteolo supra ligabis ne excidat medicamem hoc quantum tenerioribus infantibus feceris eventu efficaciore perveniet.

Erbae quam graeci nynphea latini faba herculis galli ceballitis appellantur radix contunditur et ex aceto edenda datur puero per continuos X dies mirandum in modus fiet eunuchus. Mulier quam tibi habueris ut nunquam aliud iniri possat facies hoc lacertae viridis vivae sinistra manu caudam curtabis eamque vivam dimittis caudam donec inmoriatur eadem palman clausam tenebis et mulieri verendam quae ..... dum cum et cohis tanges.

**carta 46 b**

Si quem ad usum venerium infirmum volueris esse ubicumque minxerit supra lotium eius obice idest exedonem ex uso figes. Ut rebus veneriis aptus sis piper tritum cum oleo et melle sicce et cum cohire vellis verenda tibi inline: Nocere posse feminis dicunt si quis membranam obi balano suo ingerat et cum feminea coeat.

Si quem cohire noles fierique cupies in uso venerio tardiores de lucerna quae sponte extinguitur fungosa adhuc viventes in potione eius extingue bibendam que in scio trode confestim inerbabitur.

Si quem voles per noctem cum femina coyre non posse pistillum coronatum subiecto illius pone semen lactucae ex aqua potum vigorem coytus inerbat. Natura sive veretro virili remedium efficax sic si in veretro sumo clavus natus fuerit habens callum purulentum hoc modo eurabitur butyrum farinam favam et modicum melle miscebis atque modum cataplasmabis quoques et linteolos inlines et sic ad locum adplicabis mirum remedium experieris. Ut semper sis paratus in venerem porris semen tritum et rutae semen tritum equis ponderibus misce cum lacte caprino recente et

**carta 47 a**

ieiunus adsidue biber Malagma copton facit ad duritiam et ad stomachi tensionem solvit enim omnem duritiam facit autem et ad inmobiles articulos mirabiliter amoniaco uncie XXXVI terventina unciae (?) VIII cera unciae XXXVI livano dr. VIII bidelliu uncia murre dr. IIIl galbano unciae VIII oleo cyprino cotilas IIII murra bidellina infundis in vinum et livanum ammoniacum in acetum resolvis conficis et uteris.

Maculas albas vel nigras tollendas sulfor vivum obolus I ellevorum obolus I fede sicce obolus I nitri alexandrini obolus I utere in balneum. Mirtis confectio murte succi scrupoli IIII mel optimi scrupuli VIIII ipsius sucus coquitur diutissime et postea cum suco diu terit et lento coquis serva quando opus est uteris. II. Dyeralocadii Theoderi medici ad omnes mortiferas passiones et diuturnas et ad mania melancolia epatici splenetici spasmus ydropicis data purgat humores habundantur nec anxiam sed confortationem stomachi et virtutem corporis prestat epilemticis stomaticis

**carta 47 b**

et qui subito corruunt vel spumam mittunt et qui linguam suam mordeunt et ad omnes mortales venenas et menstruam mulieris producit accipienda tertio in mense idromelle yatos tres unc. III mirra trodite unc. II s. euforviu semen agaricu unc. VI aloes unc. V amoniaco timia unc. VI foliu unc. VI timi comas unc. V epithimu unc. V polio unc. VI yperico unc. V prassiu unc. V piper albo unc. III piper nigrum unc. III piper longum semen polipodium unc. V cassia siringo unc. V camedreos unc. V cinnamomum unc. V coloquintidas dr. XII eleborum nigrum unc. VI squilla assa

unc. VI diagridiu unc. VI bidellio unc. V mel dispumatum quod sufficit.

Croco magna confectio croco scrupulus I myrra scrupulus I rosa sicca gumma ana scrupulus I amilo scrupulus I teris omnia sicca colligis in vino optimo.

Crocomagna rosa viride scrupulus VI comeos scrupuli V ..... scrupoli VI croco scrupuli I smyrnis scrupulus I livano optimo colligis et postea coquis et dum cocta fuerit teris in mortario diligenter ista. Hentaticum ut multum exerceant venerii actus radicis saturii viride dabis bibere et facis et unguis tivapirum renes ipsius multum exercent siccum vis ut non exerceant radices saturii

**carta 48 a**

sicca das bibere nichil facit. Hentaticum ad volontatem coitus cimino ethiopicum bene tritum cum mel balanum linis et coeat magis mulierem delectavit. Apozimas ad febres incidendas glizeriza dragacantes libra facis simul bullire cum aqua usque ad tertias et exinde dabis bibere fiolam I hoc semel dabis tantum miraberis effectum.

Apozima quod utebatur theodolus papa propter cauculum et sanabit ad perfefectum petrosilini semen asaro saxifraga nardo stareos apii radix sparagi radices caublim virgines radices porri virgines radices fenuculi radices gramen faxiculum luppulas malve agreste radices strigni semen quod est solatri hec omnia facies fervere in olla fictile nova cum aqua nympheale ad tertias exinde accipiat qui patitur singulos calices plenus ieiunus per diem experit beneficium magnum.

Confectio ydromelli aque scrupuli III mel dispumatum scrupulus I signas et adpendis in sole.

Confectio unfago melle sucus de uva acerva amanea scrupuli III mel scrupuIus I coquis ad spissitudinem mellis hoc ad fluxum ventris mirabiliter facit.

**carta 48 b**

Confectio ydrorosato sucus rose scrupuli (*ff? folia*) mel absentium quod facit ad vertiginem capitis quae ex felle contigit deponet omnia et expurgat oculorum caligines et per hurina omnes humores expellit recipe hec costo dr. VIII spicanardi dr. VI aloe dr. VI croco dr. I absentium dr. I mel dispumatum scrupuli III vinum vetus scrupuli XII mittis omnes species in unum et teris diligenter et collegis cum mel et vinum et reponis in vasu .... et quando opus fuerit dabis. Ad empiicis et tysicis et omnibus passionibus cimino oboli III folia lauri VII piper oboli IIII ex latu emina melle scrupulus I.

Confectio diamoron murae agrestis scrupuli III zinziber - I mel scrupulus I coquis omnia donec ad spissitudinem mellis efficiat et reponis. Pulver sorani pudagricis nitro uncie piper uncia I puleio obole III bacas lauri obolus I sinape obolus I cimino oboli III.

Ad vomitum et defectionem stomachi absentii flores et mastice equis ponderibus tere et cum albumen ovorum collige et pone in stomachum.

Ad stomachum dessiccandum cassia scrupulus I inantes scrupolus I absentium scrupulus I aneto scrupulus I mastice scrupulus I sansuco scrupulus I celtica scrupulus oleum libr. VII vinum vetus scrupulus I.

**carta 49 a**

(**Scrittura d'altra mano ma coeva**) Antidotum iera qui facit ad universas melancolias causas et eonficitur sic. Myrra enforviu uncia singulas agarico amoniago folio cleboro niger folio eretico squilla assa diagradio uncias binas semis coloquintide interiones carnes qui vulgus Gelala (?) dicit unc. V aloes epithimum polipodium tymum cassia camedreos marrubia omnia unc. binas opopanacos castoreo aristologia longa piper albo piper longo piper nigrum groco sagapinum petrosilino macedonico scripulos singulos mel dispumatum quod sufficit.

Antidotum iera aloetica conficis sic aloe epatite crogo reupontico ana unc. II agarico unc. III diagridio unc. II xilobalsano uncie II piper albo piper longo piper nigrum squinantus gentiana

amomum costo ana unc. I camedreos unc. VI interiones unc. II mel quod sufficit.

Antidotum trifera ad omnes dolores ut ipsa ora sudet qualivet egritudine solvit et somnum prestat ad urina et freneticos potest et opistotonicis et peripleumonicis et intericis et qui reumatici sunt et quibus stomachum dolet et facit venter (*ventum* ?) in sanguinem epaticis spleneticis et qui inventre et ad spalangionis percussum et mulieres quae non purgant. Recipe hec fenuculi semen aniso cacaro ireus celtica peocidano piper opio ÷ singolas mel quod sufficit dabis bibere

**carta 49 b**

in nocte penitus sisileos VIII si non febrit dabis cum mel et vino si febrit dabis in mulsa diacodion calice medio ad omnes egritudines etiam intericis sanant.

Antidotum theonus calammea scrupuJi V gligono idest puleio serupuli VIII sisileos scrupuli VII livistici semen scrupuli VII petrosilino scrupuli III apio scrupuli III timi flos idest epithimum scrupuli III aniso scrupuli III diagridio scrupuli III semis coloquintide scrupulus I piper scrupuli III coconidio scrupuli XII mel dispumatum quod sufficit.

Antidotum ad febres aristologia rotundo peonia gentiana diptano centauria mastice unu et semis singulas II semis murra scrupulus I semis I mel quod sufficit.

Antidotum agaristus ad multas valetudines eos qui escam non digerunt stomaticis pleureticis nefreticis idest qui renium dolores patiuntur aut visicce dolore et qui colera patiuntur aut aposthema habent item qui sanguinem vomunt et qui sputum vix comeant ad spleneticos et disintericos ad iocineris dolorem et vigilias et tortiones matrices reclusas et tertianas et quartanas ad serpentium morsus qui febricitat dabis in aqua calida qui non febricitat dabis in mulsa et aceto dabis medicamen in modum fabae recipe autem hec cassia unc. I myrra unc. I piper unc I croco scrupulus costo unc. I storace unc. I galbano unc. I opio unc. I spicanardi unc. VI cassiae scrupulus I semis mel quod sufficit das abelane magnitudine cum mulsa et aceto

**carta 50** a

sive cum calda.

Antidotum ad stomachi dolore ita ut alium nemo debeat uti facit ad caucolum et epar et lateris dolorem et omnia intrinsecus mirificum est asaro unc. II meo unc. n acorum unc. II petrosilino unc. II piper albo unc. II dauco une. dauco unc. II fuu sive est calcefrage radices unc. II spicanardi unc. II cinnamo unc. II costo unc. I croco unc. II absenti suco unc. I apii semen unc. IIII memhrana de ventriculis pullorum unc. I mel quod sufficit.

Antidotum achariston facit ad eos qui non digerunt escas et ad dispnoicos et stomaticos et ad lateris dolorem sciadicis visicce renium dolorem et omnes valitudines quae de labore generantur et ad futuras tertianas et quartanas et ad mingentium sanguinem et ciliacos et epaticos et dysintericos et ad vigilias et ad tortiones intestinarum ad serpentium morsus et mulieribus quibus matrices dolent reciper hec zinziber scupulus I croco unc. I piper longo scrupulus piper albo scrupulus I costo scrupulus castoreo scrupulus I galbano scrupulus I opio scrupulus I storace scrupulus I cassia unc. I cinnamo unc. I nardostacio unc. I mel comprehendes das avellanae magnitudine cum calida si febre non est ieiunus cum vino bibat.

Antidotum panacia facit et ad typicas accessiones fricorum disturbat temporales febres et omnes malignas passiones facit ad tussem et

**carta 50 b**

et impiicos et tysicos et ad eos qui apostemam habent et disnoicis et ad spasmus contusiones temporales et ad colicos et deponet qui in renibus sunt aut nascuntur aut in vissica petras extrahit est diureticum magnum facit ad percussum serpentis et ad omni animal venenos et ad eos qui venenum acciperit et ad omnia corrupta. Recipe haec piper longo unc. XV iosquiamo albo semen unc. XII cardamomum unc. sulfor iudaico unc. V costo unc. III aristologia longa unc. III mandragora de radice. XII murra unc. XII libano unc. XII opopanace unc. III opio unc. X croco unc. X cortice aut

mala eius unc. III enforvio unc. III mel acticum dispumatum quod sufficit. Dabis passionibus suprascriptis abellanae magnitudinis menstruale modo matricis provocat ad multas passiones facit.

Antidotum qui facit ad tussem catarizominis disintericis ciliacis pleureticis et superiora hoc datur recipe haec croco castoreo asaro iosquiami semen opi storace ana unc. IIII mel quod sufficit.

Antidotum anodinum somnum faciens et facit ad omnes passiones idest ad morsum serpentium aut ictu percussus et ad nimias explagas factum dolores facit et ad tipum quartanum et ad sciaticos nimiis doloribus patientibus facit enim somno dolorem tollit recipe haec castoreo unc. IIII dauco

**carta 51 a**

semen unc. III panacus unc. IIII opio unc. I iosquiami semen unc. I mel quod sufficit dosis ad fabae egiptiae magnitudinem dabis cum vino qui non febriunt ciato I dormito euntibus febrientibus vero cum aqua calida.

Antidotum ad quartanas galieni recipe haec opio quirinaico idest rasia piper murra rute folia ana unc. I teris et miscis et das bibere ante accessionem cum ocxi melle obulos II.

Antidotum eradei capadocis ad causas capitis recipe haec apii semen aneti semen iusquiami semen ana scrupuli II opio unc. V triblas diligenter cum mel dispumatum et das dormito euntibus unc. I aut II aut. III al omnem vitium capitis vel venis subvenit febrientibus cum aqua sine febre cum vino.

Antidotum panchristus datur autem in modum fabae maioris in omnibus necessitatibus datur autem plurimum in nocte tussientibus recipit haecm piper albo scrupuli IIII et solidum I cardamomum scrupulus I opio scrupulus I iosquiamo semis murra semis sulfor semis croco semis dauco cretico unc. II gentiana unc. II mel quod sufficit.

Antidotum panchristus faciens epilemticis melancolicis et ad vertigines capitis ad saltum cordis ad duritiam et ad inflationes et defectus ad torqui modum ad eos qui escam non digerunt et colorem malum habet caucolosis interocolicis

**carla 51 b**

spleneticis epaticis pleureticis istericis tipicis ad matricis dolorem .et menstrua provocanda flegma purgat quam maxime paraliticos curat recipe hec spicanardi foliu croco meu cassia sistola epithimum squinantus gariofilos mirobalano cassamo reopontico ana scrupuli III alo anacardio scrupulus I carpobalsamo zinziber ana scrupuli IIII mastice scrupulus I hireus scrupuli VI cortice fenuculi libr. VIIII aceto agro scrupuli VIIII mel dispumatum scrupuli IIII radices fenuculi mel aceto ocxi melle facit et ipso ocxi melle eum confice dabis secundum virtutem in calida aqua.

Antidotum ad omnes febres quartanas tertianas et cottidianas recipe hec costa piper aristologia rotunda mel teris et uteris.

Antidotum diaspoliti faciunt sic ruta scrupulus I piper albo scrupulus I nitro scrupulus semis zinziber scrupulus dimidiam comino scrupulus I mittis vero comino in aceto super nocte et sic postea siccas in alio die et facis exinde pulvere et mel dispumatum quantum sufficit facit enim ad infirmationem stomachi et ad emoptoici et ad cacexia inveniente et ad ydropicos et ad sumeiolas et ad eos qui ad urinam non possunt continere et ad renium dolore fisicum est dabis enim eunti dormito cocliario I.

Antidotum ad tysicis recepe hec dragacantis scrupuli II

**carta 52 a**

isopo eretico vel erratico scrupulus liquiriza unc. VIII cinnamo unc. IIII pineas enucleatas unc. VIII zinziber unc. VIII aneso unc. VIII mel quod sufficit.

Antidotum tiriacum mirum probatum quem Atticus rex probabit et tradidit ad caucolosus et

ad colicos et visicce dolorem et ad renum dolorem notandum (*addit aristologia?*) cauculi in visicca frangere etiam ipsi caucoli minutatim redigit et ipsa urina sine dolore eicit. Confectio eius haes est: bitonica scrupulus I petrosilino macedonico unc. I saxifraga scrupulus I iuniperi bagas unc. I zinziber sicco scrupulus I ortice semen radix eius unc. I cimino ethiopicum scrupulus I asarum ponticum unc. I costo scrupulus cassia fistola unc. I nastrucio unc. I rosmarinu unc. I bagas lauri unc. I samsugo arido unc. I spica indica unc. I semen rutae silvestris unc. I piper albi unc. I marrubio unc. I ista omnia in pila tonduntur aut per cribellum suttilissimum traiciuntur in mortario marmoreo ad sumam diligentiam teruntur et sic in doleo stagneo sive vitreo reponuntur cum opus fuerit ex eo pulvere plenum cocliarium exconditi ciatum unum per dies ieiunus bibat valitudinem sunt optime redemit.

Antidotum ad stomachum frigidum hii ergo qui ex distemperantia stomachi in causa habent vel inflationem patiuntur et cibum non bene digeruntur optimum adiutorium est per ore datus

**carta 52 b**

et multum a nobis probatum est dicitur autem hec confectio climax recepit autem hec. enula oboli IIII fenuculi semen oboli III piper oboli II ego addedi erucae semen obolus I et in omnibus mihi melius est addidi etiam et sinono syriaco scrupuli II etsile unc. II mel quod sufficit magnificum est istud adiutorium et utilius in multis rebus non solum ad inflationem stomachi et indigestionem patientibus facit sed et mulieribus menstrua educit usus sum ego ad emoptoycos et mirabiliter operatus est datur enim cocliaria II mane et post cenam mane autem cum aqua calida seero cum vino et aqua calida facit enim ructus suavis datur

scrupulus (cancellatura?) et ad omnem tussem et quibus de capite in torace reuma fluit et ad omnes intrinsecus passiones facit et ad fastidium.

Virdisci confectio ad omnes plagas mundandas et capitis dolorem qui calorem habet recepit resina lib. I cera scrupoli III oleo vetus scrupoli III hiu scrupolus 1 hiu in mortarium teres cum aceto resina cera et oleo resoluta conmisces.

Unguentum ad typos oleo roseo oleo laurino euforvio galbana feno greco cera larice piper solidos I.

Unguentum ad cangro sanandum idest cicuta ierbologio omnes cipas quanta genera sunt

**carta 71 a**

porros et alios sinicione urtica maior et minor celedonia labatio absentio danaete marrubio cucurbita agreste uniones idest cibas capidosas savina hec omnia tundis et facis medicamen cum mel et aceto et super cancros pones.

Unguentum ad peduculos occidendum qui carnem rumpitur auri pigmento solidos penso nuces penso sol II et tremisse I herba rumia scotia mediana sol. III tremisses Il herba scamonia solidos I et tremisse I albumen de ovo I.

Ad tibia scabrosas

Unguentum ad tibias scabrosas sale caligine forte et absentii coma teris in mortario mittis in frixoria munda calefacias cum oleo inducis cum pinna super ulcere fascias et habeat sic per duos dies. Item lavas eas cum vino et cum se obsugat unguis cum albumen ovi et super seminas audico et super ponis stupa et fascias et sit usque ad alteram talem hora hoc tertio facis.

Vulnera vetera sananda cannave et rumice pistas cum axungia vetere et modico aceto panno inducis et super ponis et si ruptum est intus inde mittis et iterum facis cum sapone.

Unguentum ad runia vel scabias elenio teris cum arvina vetus et unguis ad solem aut ad focum.

**carta 71 b**

Visi mulier colorem palidum habuerit ruta fasciculo I salvia fasciculo I violas numero XV pistas omnia insimul et mittis vinum album scrupolus I in ipso mortario et teris multum cum ipsas herbas postea colas et bibat ieiuna et postea curabit.

Unguentum diapsimidium recepit hec mastice libano amoniaco terventina cerosa teris diligenter postea mittis modice oleo roseo et sic eum menas hora I multum postea mittis in patella lardo vetus bono adapis anserinus acxungia recente cera alba sevo butyro.

Unguentum ad ronia recipit hec nuces rancidas libr. I butyro libr. I pulvere de pumblo lib. I

Unguentum ad ronia recepit hec sapone nova pulver de pumbo (*pumblo ?)* gicxo cocto partes II oleo aceto quod sufficit.

Unguentum ad ronia salicis cortices medianas combustas et olei rosei ana scrupoli II cera et ferrugine scrupoli II.

Unctio ad pruditum vel ad scabias nuces cancedas scrupoli I sulfor vivo scrupoli II herba paretaria scrupoli II cera scrupoli II oleo quod sufficit.

Unguentum ad pruditum herba rosmarino conteris et sugum eius cum vino vetere et aqua calida et das ei bibere et statim miraveris.

Unctio calastico ad omnem dolorem vel rigere (?) recipit galbanum uncia I opopanace unc. I medul-

**carta 72 a**

la cervina scrupolus I amoniaco scrupolus I bdellio scrupolus resina cera scrupoli III oleo comune scrupoli VI.

Vomicam concitandum piritro zinzibar celedonia ana scripulo I velatro et mastice ana scripulo dato tremiso I cum vino

Vomitum stringendum piper apii semen petrosilini semen ana scrupoli IIII aneto scrupolus I das bibere cum aqua de menta facta

Segue un alfabeto arcaico già riprodotto in «Apulei Liber ».

## III

## Da carta 88a a 103b

**(Seconda parte? ) seguendo la enumerazione delle carte del libretto contenente i diversi codici.**

**carta 88 a**

ANDITUM THEODOHON facit ad vertigines capitis et ad dolorem capitis et ad epylemticos ct ad colera nigra et ad pectoris dolorem et ad epar et ad malos humores et acl indigestiones et quibus accescunt et ad dolorem ventris vel stomachi et ad eos qui ex longa egritudine convalescunt et ad eos qui colorem malum habent et auruginosis et ad ydropicos et ad typsicos et ad renum dolorem et ad coli dolorem et qui gravem totum corpus habent per hanc potionem relevantur et salupres fiunt straordinarias infirmitates vel longas et ad sudores non salubres et ad incipiendum dolorem pudagre mirabiliter aut ad muliebria vitia et qui corruptela ventris vel stomachi patiuntur solvit aut ventrem

sine molestia et quicquid interius molestiam facit foris extrahit. Accipiendum est aut verni vel autumpno temporis semel in presenti curati sed ad futuras pervenit infirmitates. Confer autem eius hece

Aloe epatite uncie IIII, croco uncie IIII reupontico uncie IIII

**carta 88 b**

mastice uncie IIII cianamomum uncie IIII epythimu uncie IIII agarico uncie IIII agarico uncie IIII scamonia uncie IIII coloquintidos uncie IIII pronie radices uncie IIII cosaro uncie IIII piper albo uncie II piper longo uncie II piper nigro uncie II aylobalsamo uncie II caffora uncie II scolopendirio uncie VIII yringii radices uncie VIII polipodion siccu uncie VIII meuncie II scinoantus uncie II zinziber uncie II genziana uncie II costa uncie II amomum botroite uncie II acori radices uncie II spica indica uncie II cassia fistola uncie II camedreos uncie XX mel dispomatum quod sufficit et ponis ad solem mensibus IIII ut inveteriscat et dabis in calda vel in melli grato in prima potione dabis scripulos IIII in seconda vera scripulos III in tertia vera scripulos II vel cum ad ventri purgationis volueris dabis scripulos III scamonia scrip. I. Antidotum pygras qui facit ad spleneticos et ad epaticos et ad omnes humores stomachi et ad liptoperitas qui ex splenis et epatis indignatione nascuntur emendat ita ut per ventrem omnia deponant facit et ad fastidium et ad inflacionem stomachi. Recipit autem haec aloe scrupolus II costo: I semis sal scrupolus I semis feno greci scrupolus piper nigro grana c. hec omnia in pulvere redacta

**carta 89 a**

cribratis et dabis ex eo pulvere cocliarii minoris partem tertiam cum aqua calida potionem velut vires egri videris.

Antidotum igne faciens ad multas passiones ante omnia stomachi dolorem mundat duritiaque fieri sol et datur autem cocliarium I ex aqua calida statim dolorem mitigat. Assidue datum duritiam solvit vertiginem etiam capitis emendat gravidinem relevat faucium et uvae tumore mitigat suspirium conpecit vocis obscuritatis reformat.

Ad loquendum tussem sanat duritia iocineris purgat splenis tumorem siccat, punctos et tumores intestinarum et tortiones datum statim sedat dolorem renium et lateris dolentibus pleuresis stranguiriae prodest disyntericis solis mundatur cottidianariis tertianariis quartanariis si accipiatur emendat. Datum etiam mulieri quae non purgat movet etiam pecus in utero ferentibus per avorsum data expellit sine ullo labore corpori liminosis arenosis cauculosis frequenter data omnia resolvit sine ullo dolore pressura super stomachi et animis subdictionis

**carta 89 b**

quod frequenter tam viri quam etiam mulieribus fieri solet statim. Confectio eius haec est: piper albo dragmae VIII zinziber dracmae VIII petrosilino macedonico dr. IIII fenuculi semen dr. IIII carei semen dr. VIII livistici semen dr. VIII apii semen dr. VIII amomi semen dr. III anisuelladi dr. IIII rutae semen dr. VIII danci eretici dr. VIII. Antidotum diatrion pippeyeon confectio eius est haec: piper nigrum scrupolus I piper longo scrupolus I piper albo scrupolus I petrosilin scrupoli II ameus scrupoli II careo scrupoli II livistici semen scrupoli II ysopo scrupoli II dauco scrupoli II cassia scrupolus sisileus scrupolus II spicanardi scrupolus I zinziber scrupolus I elenu scrupolus amomi scrupolus I mel dispumatum quod sufficit.

Atidotum peomae qui facit colicis et torminibus intestinis ita ut ab una potione dolore cesset facit ad lysicos qui sanguine excreant sepe in potiones datas, ad lateris dolorem ad sciada ad yleon ad quartanas accepta antidotum ante accesionem suspiriosis etiam valde prodest. Recepit haec: Spicanardi dragmae III - amomi dr. I, vroci dr. VIIII, costi dr. VIII, eufor-

**carta 90 a**

vium dr. XV storace isaurica dr. VI zinziber dr. VIII iusquiami dr. II piretro dr. VI piper dr. I, piper longo dr. VIII, reupontico dr. XII, tur dr. II trita mixta mellis quod sufficit.

Antidotum ad vissicam et ad renum dolorem et ad cauculos comminuendos vel exepellendos ad tumorem vel ex ulcerationem renum et ad omnia vitia eorum etiam si sanguinolenta urinam facit. Recepta haec: rosae siccae papaveris nigri seminis et nuclei paria pondera cocuntur seorsum et in unum miscentur, hanc datur ad balneum amplioris ex aqua ciatum II vel III. Antidotum ad renum dolorem et tumorem et iocineris et lienis tumorem et ad eos qui propter haec vitia mali coloris sunt facit et qui mutationes. Croci scrupolus I scrup. VI, spicanardi scrup. II s. costo scrup. VI, squinantus scrup. III, cinnamomi scrup. III murre scrup. III mellis scrup. III. Datur in modum avellane ex mulsa cyatos III deinde febrientibus dabis. Antidotum gligea facit stomachis yppocondriacis, epylempticis, spleneticis, melancolicis fenuculi radices corticis sublata librae I semis infusum

**carta 90 b**

in acetum scupolus I per triduum, post tertiam diem decoquis ipsam radices modicum excolabis et adiungis ad ipsum aceto melli scrupolus I ita ut simul ferveant mel cum aceto cui addis aloen - scrupolus semis conmiscis in unum et das cocliarios III. Ego quidem additi mastice scrupolus I semis ameus obolus II asaro obolus I et in omnibus melior in stomache probatum inveni.

Antidotum encomoson faciens ydropicis spleneticis quartanariis triters anfemerinis euforvio dracmae XII yreus oboli IIII pyretrum oboli III gariofili obolus I smyrnis obolus I, mel dispomatum quod sufficit dabis in modum avellane.

Antidotum ydropicis qui proficit per urinam facit spleneticis piper oboli III, amoniacem obolus I croco obolus I eupaturia scrupoli VIII, nardostacio obolus I appio obolus I costo obolus I mastice uncie VIII eyperu oboli II tundis cernis mel dispomatum quod sufficit dabis in modum avellanae. Antidotum diarrobon faciens ad inpiicos et ad tyssicos herbi farina scrupolus amigdalas amaras oboli II ysopi comas uncie II yreus illirica uncie II panacis radicis uncie II croco uncie I amilo uncie I mel dispumatum emina una. Antidotum Stephani mirabile ad colum et ad Jateris dolorem

**carta 91 a**

ad tysicos et ad eos qui cibum non continent siveque a malo praefocantur et reicientibus sanguinem et ad omnia que intra egrotabis audaciter dabis est enim medicamentum experimentatum quale aliud non est, et acipe haec storace scrup. III myrre scrup. II aneti acrup. II castorei scrup. II croci scrup. II absenti scrup. II dauci cretici semen scrup. IIII teris bene hec omnia et cribellas addis mel dispumatum quod commiscis et teris cum eodem mel teris et in vasa vitreo vel stagneo recondis et fabe magnitudinem dabis ex aqua calida iejunus potionem et facile sanabitur.

Antidotum oximeri quod declination facit ad caucolos ad renum dolorem ad inflamationem stomachi aut fleumato tortionibus emorroydisque in ano nascuntur menstrua restringere et tumentes curat epaticis spleneticis tysicis solanis caducis prodest confert sic inula (*in ulla ? Inula erba?*) scrupolus I fenucoli semen oboli III piperis oboli II tundis et cribellas conficitur mel semicocta et dabis in modum avellane magnitudinem cum aqua vel oxigaro aut vino mixto alii consuerunt cot. plenam accip.

Antidotum diaciton Argigeni medicis maximis (Archigene) experimentatis

**carta 91 b**

ac claudii celebrata stomachum ut mullum aliud salutare hoc apud medicos draciton dicitur et hac ratione componitur duobus scrupoli cytoniorum sucus admiscentur scrupoli singulis mellis et aceti his simul tamdiu mollis simoigne decoccuntur donec in mellis grassitudinem coeant deinde zinziberis oboli III piper albo oboli II nigri oboli IIII tunse atque cribate cum succu leniter decoccuntur et ad unum corpus accedunt. Antidotum ennea cui nomen est musa quia VIIII specis conficitur facit ad omnia vitia que citra thorace nasci solent et propter ea merculialis dicitur ideo quod oc velociter omnia solvit ac discutit et usque ad sanitatem perducit colicos caucolosos sanguinem meixiantes tiseosos auriginosos stomaticos ruptos sanguinem vomentes sanat vomicas

irrumpentes et alia similia si forte nata fuerit curat tysicos et si qua vulnera in thorace sunt vel pulmones qui veneum acciperint aut hoc quoquam serpentem fuerit vulneratus curat. Recepe haec petrosilini macedonici libra camedreo sorete scrip. VI yrios illirice scrip. VI aloe uncia costa dracma opiu thebaici quod est nigrum scrip. VI

**carta 92 a**

cariothes oboli VI omnia tunsa et cribellata miscebis et si volueris facies trociscos magnitudinem fabe et dabis in aqua potiali vel fontane vel curiens.

Antidotum athanasia facit epaticis stomaticis ptisicis disintericis ad omnes dolores interiores. Recipe haec storace calamite dr. II spicanardi dr. II croco dr. II eupaturia dr. IIII costa dr. II etenia dr. II cassia sistola dr. II opiu thebaicu dr. IIII mel dispumatum quod sufficit.

Antidotum acharistus qui facit ad indigestionem stomachi et lateris dolorem ad renum dolorem ad colum ad tertianas et quartanus ad eos qui sanguinem vomunt ad ventris dolorem ad tortiones ad eos qui non dormiunt facit et ad matricis dolorem vehamentis. Facit et ad scyrosyn epatis si gutta aceti in potionem mittas. Confer eius hecdem storace dr. IIII myrra troditoe dr. IIII galbani dr. IIII opiu thebeu dr. IIII cassia fistola dr. scrupoli IIII amomu dr. IIII costo dr. IIII croco dr. IIII piper nigri dr. III piper longi dr. III castoreo dr. IIII folium dr. IIII mel dispumatum quod sufficit sanea accepturus est orti (olum) cum aqua calida in manibus teneat. Antidotum ad filios procreandos.

**carte 92 b**

et ad multitudinem coytus et ad colorem bonum faciendum (.......) et ut multum urinam facias piper scrup. VI .celtice scrup. VI spica scrup. VI croco scrup. VI turi scrup. VI torace scrup. XII galbana scrup. VI draganti scrup. XII siseleus scrup. XII cimino scrup. XII aneso scrup. XII sisamum scrup. XII lini semen scrup. XV herbum albo scrup. XII urtice semen scrup. XII eruce semen scrup. XV ut nunquam generet myrmi lode (?) arbore libr. I. Antidotum pancristus qui ad multas egritudines facit qui sic accipitur in magnetudinem fabe egyptiae colicis cum aqua pens (?) sol. I eyatis tribus epaticis cum vino caldo epilemticis caducis cum aqua calida ipsa mensura ictericis cum vino optimo stomaticis cum pusca calida renis dolentis cum aqua calida febrientibus cum aqua calida canculosis et stranguiriosis similiter dabis et qui typum patiuntur cum ydromelle quartanis sive tertianis ea hora sanantur. Dentis dolentibus caraxasis de ferro exinde frequenter et aperto ore humore decurrat. Sanguinem eccreantis cum pusca frigida disintericis catapuzias V per nocte accipiat cum vino aut cum calida aqua aut cum andito detur tortiones iuxta vires cum aqua calida

**carta 93 a**

inflationes habentes cum supradicto detur ad morsum serpentis cum mel bibatur et de ipso medicamento in plaga ponis. Recipe haec calamo aromatico dr. VI castoreo mundo dr. IIII costo dr. VI siseleus dr. III cardamomum dr. VI opio dr. XXX croco dr. XX zinziberis dr. IIII enforviu umomu piretro spicanardi dauco cretico rute agreste semen cassia rosa sicca fenuculi semen ana dr. III petrosilino dr. VI opobalsamo dr. VIIII carpobalsamo dr. VI sagapino dr. III meu dr. III piper albo dr. III mellis quantum opus fuerit.

Antidotum theodoritus qui facit ad dolorem et ad confortationem stomachi faciens ad totam hominis passionem. Confectio eius haec est aloe epatite uncie LX agarico dr. XXIV croco uncie VI reupontico uncie III asaro uncie IIII acoro dr. IIII costa unc. VIII mastice unc. VI anacardio unc. I cassia uncie VI cinnamomum unc. VI xilobalsamo unc. IIII spicanardi unc. III meu unc. III camedreos unc III piper albo uncie IIII mel dispumatum quod sufficit facit autem his qui capite biquietantur et scotomaticis et ad caput dolentibus et ad epylemticis et his qui circa pectus et toto torace sunt passiones et ad pleureticis et dispnoycis

**carta 93 b**

idest qui difficultate anelitu patiuntur et ad epaticis et spleneticis et quibus accescunt cibi et quibus dolor est circa ventrem et stomacho et ad eos qui ex valitudine longa difficile reparantur et colorem

pessimum faciunt quorum color ad auriginem pertinent et quibus cisus est idest suffusio ydropis provenit et qui ex causa pulmorum ptysici fiunt et nefreticis id est renum passionum laborantibus et colum patientibus, et toto corpore gravatis toliens egritudinem facit autem et ad inquietas et veterescentes egritudines febrientibus sudoribus adiuvant et his qui adsiduas accessiones patiuntur danda oportune petentibus in declinationibus et pudagricis priusqua inquitentur. Admirabiliter autem facit in passionibus mulieribus quibus difficultas purgationibus obsistit et quibus autem macricis suffocationem vocationis vocate et in corruptiones circa sexum loca generantur. Facit autem ad ventrem curat autem et intestina absque ulla tristia educit quae noxia sunt et a plus dicendum theodoron idest dei donum quisque utens in omnibus inpetravit. Si quis autem ubi voluerit maxime verno tempore vel autum (num) semel aut bis conservabitur non solum autem praesentes passiones curat

**carta 94 a**

sed et futuras prohibet egritudines. Dabis autem nucis pontice magnitudinis ora prima aut masticent. A. B. Teriaca ad raucidinem vocis subitam recepit haec apii seminis ciminis friaci (?) fenucule aneti pulei cocliaria singula plenas simul terendo in pulverem redigis haec unum cocliarium mittis in plenum calicem de suco foeni greci cocti sive aliae comiscis et intra diem gargarizes haec per triduum facis res est enim saluberrimum. Antidotum adiaristus satis magnus ac mirabilis hic enim facit ad omnia quod fuerit intra corpore humano idest ad eos qui esca non digerunt vel qui male ruptant et stomachi et lateris et renum vel si quis est intus vitius malus in torace hominis quod se quisque non convenit omnia percurat sive ad scotomum et qui expaviscunt et ad omnes validas febres sive ad tussum ad disintericos ad mulierem que non purgat sane sin fuerit pregna sic dare debes quia satis magnam virtutem habet potio ista. Confectio autem eius haec est cassia fistola scrupoli II myrra scrupoli II croco uncie III piper uncia I piper longo uncia I castorei unc. I costi unc. I galbani scrupoli I opii scrupolus storaci scrupolus I spica nardi uncia mellis scrupolus I semis haec omnia tundis et bene cernis post opiu et galbano mittis mel in olla nova ut bene discoquis supra prunas cum autem bullierit deponis de foco opiu autem et galbanum cum vino modico

**carta 94 b**

et ceteros species quas sunt siccis comiscis cum mel iam dispomatum et repomis in buxiole quale volueris ad modum avellane in aqua per tridum et qua hora dabis hoc tangis de digito tuo acetum ut una gutta ibi cadat plus non. Hea cum cinda receperis post dabis magnas mercedes quia multi enim ex hoc curati sunt et ingrati extilerunt quapropter nomen accepit hoc antidoton achariston idest sine gratia interpretatur quia solus est magnus et invisibilis in omne corpus omnes vel passiones admirabiliter percurat et sanat. Antidotum igie qui inventus est apud romanos qui habent antidotum istum sine omni dubium ambulat. Facit autem ad fascinum ,et abascama omnes et demoniacis et vomica; antidotum etiam iste conservat de homines malos et de omne egritudine et ad omnia vulnerationes factas et in mortalias pationes pleureticis epaticis statim curat spleneticis cardiacis peripleumonicis dypnoycis tussientibus et ad disintericos bibliosis et ad stomaticis et ad oculos dolores et sinancis datur in duobus sanat dies qui antea bibuerit per omnem diem in manitudinem lenticulae omnem suavitatem securus portat et numquam molestat et non cum iracundia est et pudagricia iuvat. Recipe autem haec: ruta agaricu ana uncie V prassiu unc. V mirra oboli VI croco cassia ana unc. III costa unc. VIII piper uncie III squinoantus unc. VI spica unc. III opopanax scrupoli (?) V

**carta 95 a**

gentiana une. V cardamomu unc. V galbano unc. V opio unc. X iusquiami unc. XIII storace calamite uncie V euforviu unc. III mandragore cortice unc. III yringii radices unc. III amoniacus tymiamacus uncie IIII eupaturio unc. IIII libistici semen unc. IIII fenuculi semen libra danai unc. IIII trifolii anti semen libra folii dracma ternentina libra mel dispumatum quod sufficit et optimum ad omne ceratum.

Antidotum ydropigras qui aqua amarissima de tumicis ventris educit et ad eos qui ex pinguis

humoribus veternosi sunt curat epaticis spleneticis si accipiatur in diebus VIII iam numquam molestate hictericis et ad multas quae hic scripta sunt supra. Recipe nardostacio cassia reupontico amomu asaro folia aloe rodon ana unc. I mastice unc. II mel quod sufficit.

Cataputias disintericis et ad omnes solutionis veneris recipit hec galla asiana non pertusa opiu ana obulos ternos cum aqua facis cataputias horobi magnitudine et das in nocte cum vetella ovarum aut cum myrte sucus duas aut III aut V alii galla duplum mittunt. Cataputias ydropicis confectio eius hec est aloe quiperus scamonia euforviu ex aqua coligis et dabis II aut. III.

Cataputias gallieni ad nimiam constrictionem ventris recipe hac aloe scrupoli II coloquintidas interiones scrupolus (?) 1 scamonice

**carta 95 b** (non sembra seguire la precedente)

colligis de sucu herbe mercurialis et das secundum etates vel vires V aut VII vel VIII.

Citonite eximplice recepit hec: citonia purgata Iibras X .... oboli III zinziber oboli II petrosilino (?) puleio obolus I gariofillu obolus I semis spicanardi obuli II mel pondos X citonia vero mittis in furno et quocuntur et prolectas exinde purgatis intus foris et teris diutius et mittis in melle et coquis diutius agitabis cum ferola lento igne ne ardeat depones de foco et mitis species supradictas et agitas diutissime quam diu congruatur recondris in patis rudae et cooperis super de folia lauri. Et si volueris catarticum facere tollis exinde libras I mittis epithimum obolus I et scamonia obolus I semis pulver factum et dabis exinde pensum solidum aut secundum naturam. Electarium diaspoliti ad pectoris dolorem et ad digestionem ciminum in acetum infusum ante triduum postea siccas super ignem et exinde pensas oboli II folia rute obolus I nitro piper obolus I zinziber obolus I omnia pulvera mittis in mortario et mel dispumatum quod sufficit et dabis post cibum cocliarem I in dolore ventris in vino veteri solvis cocliaria I et datum mirabiliter iubat. Electarium ad tussem vel flama (?) puleiu oboli II salis metallice triblate oboli II melle

**carta 96 a**

minas III quod decoquis et admiscis puleium et .... et xinde tria cocIiaria bebendum dabis. Empastrum septacio facit ad omnes duritia et ad omnem plagam curat etiam putridinem expurgat. Iusquiami folia libra I cera libr. I axungia porcina recente libr. I ... et fricta et resina libra I facis et uteris.

Emplastrum ad pudagricos vel pedum dolorem vel tumorem recepe femum bubum expressum lib. I cera oboli III ova incocta tres oleo oboli VIII comixis et uteris et implastrum deo gratiam amen.

Emplastrum votane ad pudagram et ad omnia sucus de fenucula oboli II sucus de menta oboli II sucus de nepita oboli II sucus de lapatia obolu I succus de plantaggine obolus II succus de marrubiu sucus de paretaria oboli II medulla cervina oboli VIII cera libr. I resina lib. I axungia taurina lib. I.

Emplastrum ad omnem duritiam ut maturiscat si habet humorem siccum non habet resolvitur eruca oboli II stercus columbinum obolus I commixis et addis oleo quod sufficit.

Emplastrum ad fracturas pice buritia libr. I et scrupoli IIII litargirum lib. I et oboli IIII libano oboli VIII tereventina VIII sevo laurino lib. I et oboli IIII galbano obolus I opopanace obolus I

**carta 96 b**

cera IIII oleum vetus libram acetum oboli V conficis et uteris. Emplastrum diapente ad fracturas conficitur vera sic cera pice frictis ana libr. I balbanus obolus I opopanace obolus I vinum quod sufficit. Emplastrum basilicom tetra farmacon ad pus faciendum vulneribus . Cera sevo taurino resinam frixam pice equalia pondera. Si autem vis eum cito digestionem facere et carnem replere comiscis libanum partem unam ad partem basilicon et uteris.

Emplastrum neafarmacon qui pus nimis movet facit etiam et ad enanis pertusionis que fiunt

in storace et ad syringia quibus callositas iam purgatam est ut carnem repleantur facit autem ad matricis duritiam et ad ulceras in matrice sanat resolutum. Recipe autem haec cera medulla cervina adipes anserinos sevo taurino butyrum tereventina oleo roseo oleo cicino omnia equalia pondera mittis aliqui autem pro oleo roseo et cicinum mittunt susinum hoc est liliacium oleum factum sicut oleo roseo de foliis lilii qui purgat cicatricem et carnes nutrit.

Emplastrum ad nefreticos recepe haec simula libr. I et oboli IIII frictus lib. II pice liquida libr. I et oboli IIII cera lib. I scistis oboli IIII

**carta 97 a**

alumen rotundum IIII aceti scillitici quod sufficit. Emplastrum ad nefreticos confectio eius haec est euforvu obolus I piritri obolus II castorei obolus I staficlos agria obolus I sansuci obolus I aminiacus oboli IIII cera lib. I nardo lib. I.

Emplastrum dialenus sperma facit ad eas passiones que in torace fiunt et malascat et digerit et inflamationes nervos corporis mitigat facit autem ad commotionem et ad accessiones pudagricis et pus in articulis solvit lini semen partes II farina ordei partes III resina colofonia partes XXX cera partes IIII cera cirpressina partes II thaibs pens partem I gamimola partem I cupressi pilas teneras et vinum des permixta part. I oleo vetus partes II resina et cera resolvit ad carbones et mittis oleo et agitas cum spata permixtum autem toto bene tollis ab igne et supra spargis cypressi pilas minutas adtende et non medicamentum ebulliat inflatus super mittis in cacabo postea farina ordei et lino semen et talpeus et camomila et post haec iterum super ignem inponis et agitas donec bene misceatur et collegis et sic mittis compressi resina resolutis omnibus et relentos ab igne medicamentum et refundis

**carta 97 b**

in mortario et postea malaxa et uteris.

Emplastrum dialeoron quod facit ad inflamationom pulmonum ad dolore laterum sive ad dolorem stomachi spleneticis epaticis ydropicis autem sic curat ut papules inveniunt faciat ad collectionem et medietatis veterum nascentis et iecoris et splenis superpositum medetur ita ut omnem humorem per ventrem faciat digestionem idest ad fractura pro malagma ponis ut putridinem purgat mixto oleo roseo comixto contra frigdore et oleo cyprino contra scarsas (*escaras ?*) que in ore nascuntur cum melle deluto mirabiliter facit omnia que superius diximus de expertis est. Conficis sic vera spuma argenti libr. IIII gutta amoniaci libr. I semis cera libr. II semis colofonia libr. II semis murra libr. II semis galbanu obolus (?) III dr. VI erugine campane oboli III et dr. VI bdellio dr. I semis manna libani oboli II dr. I opopanace oboli (?) III semis aristologia longa oboli III semis oleo commune libr. I semis oboli IIII singulas species singillatim teris et cernis subtiliter et primis mittis in oleo spuma argenti et quoquis ut inpinguet sic mittis colofonia mittis et eruginem deinde omnia cum iterum bdellium deinde murra opopanace vera et galvanum tundis cum.

**Carta 98 a**

cera et facies platasma minuta et sic mittis in cacabo novissime autem omnibus mittis aristologia et facies emplastrum et uteris.

Emplastrum meline confectio vis spane et ad scrofolas vel omnia duritia insania convertit et artriticis et pudagricis paraliticis tetanicis ictus scarpionis et ad omnes morsos canis ad perniones paraliticas ostimaticas adionas idest carbunculos et spalangionis morsus et a multis summe facis est utilissimum et pleuretici sciaticis nefreticis recepe oleo veteri spuma argenti obolus octenas et dr. binas gutta amoniaci dr. XII cera dr. XXIIII resina colofonia dr. XVII galbana et erugini dr. quaternas bdelliu et manna turis dr. VI myrra et opopanace et aristologia longa ana dr. IIII facis sic coquis spuma argenti in oleo igne molli donec amolentum facis. Postea addis cera concisa inde turis manna inde murra postea galbanu et opopanace modica cera et ipsa cera contundis et in tepido resolvis et post quod omnia videris bene

**carta 98 b**

colata tollis ab igne et amiscis paulatim eruginem et se conmiscuere bene super mittis aristologia tunsa tenui creta et fortius movis donec frigiscat magdalia facis in usum praesentis. Emplastrum ad nefreticos confectio eius hec est amoniaco oboli II libano oboli II bdellin myrra oboli II castoreo obolus I mastice oboli II cera libr. I nardi oboli VIIII.

Emplastrum ad cholum calefaciem et ad renes recipe hec libano oboli VI tivapira oboli VI mastice oboli III tileus oboli III picis liquide lib. I semis picce sicce libr. I cera libr. I nitro oboli VI. Emplastrum dialon faciens ad opostimas ciradas et ad omnia quae ferro aperiri oportit recipe salis amonici lib. I molli bdena libr. I oleo libr. I lexiva ex cinere de sarmentis libr. I stercus columbarum comixtum sale in mortario et lisciva teris donec solvat salem et sic mittis.

Emplastrum ad colicos ad flegmate coagolata de intestinis resolvendas recipit autem hec cera libr. I amoniaco oboli I semis turis obolus I semis tereventina oboli II medulla vitulina oboli IIII pices obolus I vel quantum sufficit.

Emplastrum tholomei regis appellatus omatufilax quod passiones sine difficultates sanat vocatus

**carta 99 a**

etiam et asclipius facit et purgat et replet cicatricem adducit et cicatrices limpidas facit et in toto eas curat facit autem et ad canis rapidi morsu similiter et ad luxaturas et ad articulata et apostemata discutit et scrofas tensiones dispargit meliceridas et omnotoycis tysicis impucis inplastrum adpositum similiter tussientibus et ventriculosis per totum adpositum ventrem est autem in motus ut nec bulbus opus habeat curat malitiosa vulnera et carcinomata et ciroma putrida sanat ... resolvit emorroydas restringit et omnem humorem est ocolorum fronti adpositus similiter et capitis dolore sine turmore curat matrices tumentes pessum adpositum cum yrino oleo sanat.

Similiter et malitiosa vulnera curat et melli cum oleo (ff) in colfidias ex eo inplastrum adponis et siringio curat. Adpositum emplastrum conficitur autem sic menta oboli III gypsoflos lib. I sevo taurino lib. V, medulla cervina oboli VIII pituinis lib. V quoquis resina et sivum in vasa ereum usque ad durantur deponis cacabo in frigda et postea mittis medulla et ponis in vasa fortiorem et in frigda et insuper mittis gypsum cata (?) modice

**carta 99 b**

et malaxas manibus et explicato reponis in vas fictile nemini tradas citius hoc medicamentum hoc unus est solus.

Emplastrum filippo ad urine difficultatem et ad vessice dolorem cera libr. I amoniaco obolus I semis tereventina oboli II medulla vitulina oboli III picis obolus I adipe conseris obolus I galbani scrupuli VI opopanacis scrupulus VI vinum veteri quantum sufficit oleo yrini prout opus erit. Confice emplastrum quod rex ptolomeus fecisse dicitur recipe hec sevo taurino remissi colatus qui atque in pastillos cocti ponderi V resine frisxe ponderi V medulle cervine VI sucus mente oboli II sucus mentastri oboli II sucus fenuculi oboli ii sucus marrubii oboli II suci Iosquiami oboli II sucus lapatii oboli II specularis coctus atque minutissime tritus ponderi V. quibus in ordinem preparatis sevum et medullam lento igni in vasculo eneo remittentur tunc resinam cominutam atque tritam seris. In sevum supermittitur ut liquifiant deinde mortarium marmoreum diligenter colatam mutabuntque (......) adhuc tepentia diligentissime conterrentur que cum densere ceperit dum adhuc calida erunt ita ut calor sustineri manibus possit sucus nostrarum (?) herbarum superfondes et iterum diigentissime teris et priusquam penitus de-

**carta 100a**

sinat calor preparatum de pulvere speculare mittis itaque omnia simul mixta et diutissime trita et ad suman levitatem redactam in vitreo vasculo reponantur. Hoc emplestrum utile his rebus ad pudagran et ad nervorum dolorem contractionesque ad luxa vel fracta ad pustulas omnes ad duritias omnes precipue ad mammarum vitia ad cancromata ad glandulas ad vulnera omni quolibet modo inpressa vel vetusta vel recentia ad lumborum et ilii dolorem ad tysicos ita ut emplastrum hoc inducant ad

calidam aqua mulsa bibant ad dentium dolorem, ad gingibarum cancromata ad capitis et oculorum dolorem concussionesque ad membrarum dolorem ad omnia omnino precipua placandas res saluberrima est.

Epithina ad febrem et ad vommitum stringendum pane afro croco inantes pulenta colligis de sucu de aminea panem afro vero infundis in aqua et uteris. Epithima ad febres temperandas farina de lini semen et farina de ordeo et vitella de ovum et oleo camomilo in unum miscitatum

**carta 100 b**

et facis tepidum et unguis super pannum et supere stomachum ponis. Epithima ad omnem reuman ventris et disintericos epithima diafinicon nimis bona inantio obolus IIII umfacis obolus I rose flos obolus I malagranata cortices obolus I agacia obolus I balausti obolus I mastice dactulorum carnes oboli VI vino myrtite quod sufficit cera lib I. oleo sicinimum lib. I conficis et uteris.

Epithima diainantes actionalis est in opera nimis ad stomachi fastidium et ad causas febres et ad defectum vel angustiosum enantium siccum galla asiana agacia (?) rosa sicca onfacium ana oboli II oleo mirtite certopue sicca ana libr. I rossyriacum oboli IIII vinum amon ... dicum quod sufficit. Epithima galieni frigida exprimis sucus ex aliquis frigidis herbis qualia sunt lactuca aut uva canina aut si vis stipticum plus porcadam mittis sed cum ipsis herbis teratur exprimimus et deponimus in aqua frigidissima fontiu a vasum cum sucis aut in evada et admiscimus modicum alfita et in stomachum aut ubi ignis est super ponimus oportit haec autem frequenter mutare et aliam frigidam inponere donec sentiat ubi calebat frigdorem. Epithima amitheonus qui facit ad ypocondriarum tensuras solvit omnem

**carta 101 a**

duritiam facit et ad dificile articulorem et ad splenes mirabiliter operatur est et diaforetica amoniacum timiamatus scrupoli XVI cera oboli VI tereventina oboli VIII oleo cyprino oboli III bdellion oboli VIII libano oboli III smyrnis oboli IIII galbana oboli VIII infundis aute smyrnis et libano, bdellion in vino amonicum autem cum aceto teris omnia tundis in pila tritorium inunctum oleo cyprino de hec omnimo solvatur permixtus bene et uteris.

Epithima lixopiritu ad febrem et ad causan febris ad huc etiam et qui sistem patiuntur et inflamatione epati et splenis sevo taurino recente oboli IIII cera oboli VI oleo roseo oboli XII lini seminis sucus quantum susceperit que remittenda sunt remitte et doponis desuper foco et cum se tepidaverit cum manu agitas et super mittis paulatim sucus lini seminis hoc modo factus labas lini semen diligenter et mittis aquam scrupoli III in emina lini seminis et bulliat ad tertias et sic uteris. Epithima lyxopiritus febrientibus martirii cera oboli VI oleo roseo oboli VIII vetella ovarum coctas numero VIII croco uncie III conficis et uteris.

Epithima lyxoperitus ad febres et ad medias facientes et ad stomachi ardorem croco obolus I cera oboli XII

**carta 101 b**

oleo roseo oboli VI rosa sicca manu plena ova IIII in albumen infundis rosas per triduum et cum aqua tepida teris crocum et nimis cirrosas et quicquid teris paulatim mittis albumen et mox tritum fuerit tollis de mortario et teris et sic addis species que sunt tritas. Emplastrum ad tineam captae euforvium et tapsia ana uncie II sulfor vivu et elaboro ana uncie I nitrum album unc. I cera unc. III cum laurino vetere resolvis et uteris huic non invenis fortiorem medicamentum ad diuturnas et incurabiles alopicias quod si tapsia non invenis mittis cardamomi semen aut erunce semen quod si oleo laurino non invenis pice liquida.

Enplastrum ad fagedonica ulcera et cancerosa ad amentium eviscum et sevum hircinum conficis et uteris.

Emplastrum ad interocelicos idest intestinarum lapsu patientibus vel hernia. Cipressi pilas minores (......) et molle sidra ana oboli IIII vinum nigrum quantum sufficit coquis donec omnia

persolvantur et super mittis axungia porcina vetusta donec plasteras habet pinguidinem inducis in lenteo et superponis sed ante reprimis intestina intus de foris autem super medicamentum molle spongia inponis solvis autem post dies III ant IIII.

**carta 102 a**

Malagma oxyra crucera facit epaticis spleneticis et ad ipocondrie tensionem nefreticis et ad omnes nervorum passiones pleureticis peripleumonicis sciaticis et luxus et fracturas et incisos nervos sanat. Solvit autem et omnia duritiam et ad serpentium morsus vel ad morsum canis rapidi ectrait spinas aut quaccumque infixa fuerint corpori et purgat vulcera malitiosa pice sicca brutia lib. II cera libr. I amoniaco timiamatum scrupoli (?) IIII libano arsenu oboli IIII galbana scrupoli (?) IIII croco oboli II acetum acerrimum scrupoli III teris amoniacum et libanum cum aceto ad mellis cocti pinguidine et in alio mortario teris croco pice autem mittis in cacabo testeo non in ereo et super mittis quod superavit aceto et coquis agitas frequenter et cum acetus fuerit consumptus super mittis amoniacum et libanum agitas frequenter ne foras exeat postea mittis crocum effundis in mortario teris bene et uteris.

Malagma oxyra alia valde bona sicut et superior ad omnia et ad pudagra pice brutia lib. II cera lib. I amoniacum oboli III terventina oboli II libano obolus I galbana obolus I

**carta 102 b**

acetum scrupolus I. Ad ulcera oculorum crocum infundis in lactem mulierum et teris admiscis gumma album mediocriter ut contineat crocum confice collum (collirio) hec cum lacte mulieris et uteris.

Item ad caba ulcera spimeus teris cum tenuissime gumma alterum tantum addis et cum aqua pluviale teris et fac collum et cum lacte mulieris literis. Ad leocomata idest albuginem nitrum cum oleo tritum diligenter inunctus aut sepie ossa trita et mel consparsa et usta et trita inunguis aliquid autem et sucus anemonis omnis inunguit.

Emplastrum super tempora propter dolorem oculorum livano myrra amoniaco aloen in aceto cocta cerato admixto in fronte inducis. Ad palpebras pingues et sanguinea et mali grani similia habentibus reversas palpebrarum fregas spatho mele calidum aut folia fici et cum mel inlinis aut vino austero cummixto super inunguis. Ad psirobtalmia vel scabias in oculis malagranata dulcia et acitonia sucus coquis ad pinguidinem coquis ad pinguidinem (ripetizione posteriore) mellis et inlinia. Scorticatas autem palpebras fat fici apus inlitus et salis ac nitro teris.

(**Aggiunta posteriore**) Ad maculas de panno tollendas sive da oleo aut de qualicumque alia tinctura: Accipis caseum vetus et albumen eguali pondere et pista in simul fortiter et cum bene pistatum fuerit ungues ipsas maculas et fricas multum et mitte in lexivas quod bugada dicitur, et dum ibi iacuerit postea quando lavaberis purgabitur.

**carta 103 a**

Ad duras palpebras habentibus et difficile moventibus medulla vituli et cera equlia pondera mixta cum oleo roseo cataplasma super ponis. Aut tereventina pondera VIII litargiro pondera I cum cera et oleo resolvis et in lenteo inducis et superponis. Si aliquid in oculos cadat aqua aut lacte in (?) stilas lavanda aut mel aut oleum inunguis lacrimam movendo ad tenda in vino aut in aqua. Quae autem infixa sunt resina recente langis et tollis aut capillos sit aut si maxime homines aut si pilus que autem infixa sunt eum vursellas levas et cum lacte mulieris lava. Ad peduculos in palpebras generatos curabis cum mel et vino inunctas andarace et stafisagria. Tinctura albuginis malegranate dulcis carnes teris addendum paulatim aqua et facis ut bene sit tritum ex hoc unguis. Nam iusquiami sucus inunctum in XII die tingerit ut nec vestigium appareat in uno anno.

Ad leucomatas tingendum satis bonum est calcantum uncie XIIII cogantis egyptiae uncia IIII galla asiana uncie IIII cum aqua teris et uteris.

Ad pulchros reddendos

(**Di mano diversa**) Item ad idem. Si tinctura fuerit ex arbore aut herba mitte illum in folio vaseulum et ex ipsa herba aut arbore mitte aliquid inter circhum et .... ubi ipse panum in bugada steterit. Altera die lava multum bene et ipsas maculas non parebunt. Probatissimum est.

**Carta 103 b**

..... mundum cum vino dormienti inungue.

Ad oculorum rupturas nalum-cidorium coecum in puteo teris et cataplasma inponis.

Mala granata dulcia ex granarum sucus exprematis in vasa ereo et lento cubanda et legas ponis in sole donec pinguidinem habeat mellis et egualem ad ipsam mensuram mittis mel et comixtum in vasa testeo serva inveteratus autem mel .... cum ambulaverit inlinis oculos ex hoc medicamento leniter hoc autem utilissimum est pictoribus et aurificibus lectoribus et scriptoribus et ceteris omnibus. Ad icies oculorum roris tute celidonie et mellis optimi est signum misces et ad tertias decoquis ex eo oculos perunguis. Unus autem quando in die culpabiliter videt in nocte non videt nitro teris cum aqua pluviale et uteris. Item fenuculi radices et sucum ... cum celedonie sucum melle atticum apobalsamum equis ponderibus omnia commiscis et ex eo coculos inunguis.

De ordiolo in oculos ... tamdi sunt cera alba ad diafore sin facienda oportet antem ... ceram calefactum cum .....

Manca il seguito.

Questa carta non porta numero. In fondo alla pag. rimane uno spazio bianco in cui una mano diversa e poco pratica ha scritto alcune aggiunte di cui si legge con certezza questa: Calicantus .... Cassanum idest semen cassie ....

Bibliografia:

Formulario in *“Medicinae varia”* Codice Mss. dell’VIII secolo conservato nella Metropolitana di Modena – Istituto Nazionale Medico e Farmacologico Serono, Roma, 1941